

SECRÉTA

Haec nos oblátio, Deus, mundet, quaesumus, et renóvet, gubérnet, et prótegat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

M. - Amen.

Questa nostra oblazione, Te ne preghiamo, o Dio, ci purifichi e rinnovi, ci governi e protegga. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

COMMÚNIO

Mc. 11, 20 - Amen dico vobis, quidquid orátes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

Mc. 11, 20 - In verità vi dico: tutto quanto domandate, credete di ottenerlo, e vi sarà dato.

POSTCOMMÚNIO

Coeléstibus, Dómine, pasti delíciis; quaesumus; ut semper éadem, per quae veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

M. - Amen.

Nutriti del cibo celeste, concedici, o Signore, di anelare sempre a ciò per mezzo di cui veramente viviamo. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

IV Domenica mobile (VI dopo l'Epifania)

INTRÓITUS

Ier. 29, 11, 12 et 10 - Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

Ps. 84, 2 - Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

Glória Patri...

Ier. 29, 11, 12 et 10 - Dicit Dóminus...

Ger. 29, 11, 12 e 10 - Dice il Signore: Io ho pensieri di pace, non di afflizione: mi invocherete e vi esaudirò: e abolirò la vostra prigionia in tutti i luoghi.

Sal. 84, 2 - Tu hai benedetto la tua terra, o Signore: hai distrutta la schiavitù di Giacobbe.

Gloria al Padre...

Ger. 29, 11, 12 e 10 - Dice il Signore...

ORÁTIO

Praesta, quaesumus, omnípotens Deus: ut semper rationábilia medítantes, quae tibi sunt plácita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.
M. - Amen.

Concedi, o Dio onnipotente, Te ne preghiamo: che, sempre meditando cose ragionevoli, compiamo a parole e fatti ciò che piace a Te. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.
M. - Amen.

EPISTOLA

Léctio **Epístolae** B. Pauli Ap. ad *I Thessalonicenses*, 1, 2-10

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis,

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Tessalonesi I*, 1, 2-10

Fratelli: Sempre rendiamo grazie a Dio per voi tutti, facendo memoria

memóriam vestri faciéntes in oratióne nostris sine intermissióne, mémore óperis fídei vestrae, et labóris, et caritátis, et sustinéntiae spei Dómini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntes, fratres, dilécti a Deo, electiónem vestram: quia Evángélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spírítu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spírítus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia, et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis adnóntiant qualem intróitum habuérimus ad vos: et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium eius de coelis (quem suscitávit ex mórtuis) Iesum, qui erípuit non ab ira ventúra.

M. - Deo grátias.

di voi nelle nostre preghiere: continuamente ricordiamo davanti a Dio e Padre nostro la fede vostra operante la carità laboriosa e la vostra ferma speranza nel Signore nostro Gesù Cristo: conoscendo, o fratelli prediletti da Dio, la vostra elezione: infatti sappiamo che la nostra predicazione del Vangelo non avvenne tra voi solo con parole, ma anche con miracoli e con la pienezza dei doni dello Spirito Santo; ben lo sapete come ci siamo diportati tra voi per vostro bene. E voi siete divenuti imitatori nostri e del Signore, avendo accolta la dottrina di Gesù Cristo in mezzo a molte tribolazioni con gioia infusa dallo Spirito Santo, così da diventare modello a tutti gli altri credenti nella Macedonia e nell'Acaia. Infatti, la parola di Dio si è ripercossa da voi, non solo nella Macedonia e nell'Acaia, ma la vostra fede si è diffusa in ogni luogo, cosicché non fa bisogno che noi ne parliamo. Poiché essi tutti raccontano di noi quale sia stata la nostra venuta in mezzo a voi, e come dagli idoli vi siate convertiti a Dio per servire il Dio vivo e vero e per aspettare dai cieli il suo Figlio (che risuscitò dai morti): Gesù che ci salva dall'ira ventura.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 43, 8-9 - Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confundísti.

In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saécula.

Sal. 43, 8-9 - Ci liberasti da coloro che ci affliggevano, o Signore: e confondesti quelli che ci odiavano.

In Dio ci glorieremo tutto il giorno e il suo nome celebreremo in eterno.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 129, 1-2 - De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Sal. 129, 1-2 - Dal profondo Ti invoco, o Signore: o Signore, esaudisci la mia preghiera. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evángelii** secundum *Matthaéum*, 13, 31-35

In illo témpore: Dixit Iesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum coelórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimum quidem est ómnibus semínibus: cum áutem créverit, maius est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres caeli véniant, et hábitent in ramis eius. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum coelórum ferméto, quod accéptum múlter abscondit in farinae satis tríbus, donec fermentátum est totum. Haec ómnia locútus est Iesus in parábolas ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod díctum erat per Prophétam dicéntem: Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutióne mundi.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 13, 31-35

In quel tempo: Gesù disse alle turbe questa parabola: Il regno dei cieli è simile a un grano di senapa che un uomo prese e seminò nel suo campo: grano che è la più minuta di tutte le sementi, ma, cresciuta che sia, è maggiore di tutti gli erbaggi e diventa un albero: così che gli uccelli dell'aria vanno a riposare sopra i suoi rami. Un'altra parabola disse loro: Il regno dei cieli è simile al lievito che una donna rimescola con tre staia di farina, fintanto che tutta la pasta sia fermentata. Tutte queste cose Gesù disse alle turbe in parabole: nè mai parlava loro senza parabole: affinché si adempisse quello che era stato detto dal Profeta: Aprirò la mia bocca in parabole, manifesterò cose che sono state nascoste dalla fondazione del mondo.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 129, 1-2 - De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

Sal. 129, 1-2 - Dal profondo Ti invoco, o Signore: o Signore, esaudisci la mia preghiera: dal profondo Ti invoco, o Signore.